Ecce quantam reuerentiam habebat homo
malus ad imperium dei ſpecialem mentionem
fecit dominus ioſue de meditatione et obſerua-
tione legis quando conſtituit eum populi du-
cem. Ioſue primo.
Ipſe autem non preteriuit de mandatis domi-
ni vniuerſis nec vnumquidē verbum qd do-
minus iuſſerat moyſi. Ioſue xi.
Saul tamen ſignanter electus ꝓpter trāſgreſſi-
onem precepti proiectus eſt primo. Regum
decimo quinto.
Rex dauid inſtruens filium ſuum ſalomonē
ait tunc proficere poteris ſi cuſtodieris pre-
cepta que dominus precepit moyſi primo.
Paralipominon viceſimo ſecundo.
Ordinante ioiade ſummo pontifici duxerunt
filium regis et impoſuerunt ei diadema de-
runt q in manu ei⁹ tenendā legem et conſti-
tuerunt eū regē ij. Paralipomenon xxiij.
Cōqrendo dixit dn̄s. Ieremie xxxv.
Preualuerūt ſermones ionadab filij rechab
quos precepit eis ut non biberent vinum q̄
obedierunt precepto patris ſui.
Ego aūt locutus ſū vobis et vos me nō audiſtis
Suſanna melius iudicauit incidere in manus
hominū quā derelinquere legē dei. Dan̄ xiij.
Multi ſub anthiocho maluerūt trucidari q̄
legē dei ifringere ꝑmo. Machabeorꝫ primo.
Due mulieres que natos ſecundum legem et
preceptum domini circumciderunt quarum in
fantibus ad verba ſuſpenſis precipitate ſunt
ſecundo. Machabeorum ſexto.
Item nota de eleazar qualem mortem ſuſti-
nuit qui noluit carnes in legem prohibitas
comedere ſecundo. Machabeorꝫ ſexto.
Item nota de matre cum ſeptem filijs ſecundo
Machabeorum ſeptimo.
Parentes iohannis baptiſte erant incedentes
in omnibus mandatis et iuſtificationibus
domini. Luce primo.
Adoleſcenti querenti a criſto quid faciam vt

vitam eternam poſſidebo reſponſum eſt ei.
Si vis vitam ingredi ſerua mandata et ven
de omnia. Mathei decimo nono.
Ad ſeruandum precepta domini nos inducunt
alie creature que ſine difficultate obediunt ei.
De bonis angelis non eſt dubium quin ſunt
miniſtri eius et faciunt voluntatem eius Pſal
miſta. C. ij
Unde Para. xxj impauit dominus angelo parcendi
Item de malis ſpiritibus. Luce quarto.
Precepit dominus ſpiritui in mundo ut exi=
rent ab homine et exiuit.
Item precepit ſoli ut non occideret. joſue ix.
Item precepit coruis ut paſcerent helyam et
fecerunt tercio. Regum xvij.
Preceptum poſuit et non preteribit. Pſalmi=
ſta c. quinquageſimo ſeptimo

De bonis prelatis et principibus

Bonus prelatus fuit moyſes populo iſra=
hel qui pro eius liberacione rogans ad
pharaonem acceſſit. Exodi ſexto.
Populum timentem confortauit dicens no=
lite timere dominus pugnabit pro nobis.
Exodi decimo quarto.
Clamabat ad dominum pro populo quando populus con=
tra eum murmurabat. Exodi xvj.
Cum pugnaret contra amalech ipſe ad oran=
dum ſe conuertit et populum multum iuuit.
Exodi decimo ſeptimo.
Receſſurus a populo et in montem iturus bonos
vicarios ſcilicet aaron et hur eis reliquid.
Exodi viceſimo quarto.
Videbatur dominus populum velle delere et
moyſen in gentem magnam exaltare ſed mo=
yſes pro populo inceſſanter orabat nec dig=
nitatem aliciorem cupiebat. Exodi xxxij.
Deſiderabat etiam quod omnes de populo prophe=
tarent licet honor ſuus in hoc nimium vi=
deretur minoratus fuiſſe. Numeri xj.
Etiam ipſe moriturus dominum ſollicite rogauit
vt dominus populo de duce ydoneo prouideret
Numeri viceſimo ſeptimo.
Seruiuit iſrahel domino omnibus diebus
ioſue propter quod bonus prelatus multum iuuat
ad bonitatem populi. Joſue xxiiij.

Samuel iudicabat iſrahel et circuibat bethel
et galgala et maſphat ut qui indigebant eo
facilius poſſent ad eum habere acceſſum pri=
mo. Regum ſeptimo.
Dixit etiam ad populum abſit a me hoc pec=
catum ut ceſſem orare pro vobis et docebo vos
viam rectam et bonam primo. Regum xij.
Videns dauid angelum populum percucientem pro
ſe et pro eis orauit ſecundo. Regum viceſi=
mo quarto.
Salomon rectum dedit iudicium unde omnes
timuerunt eum videntes dei ſapienciam eſſe in il
lo tercio. Regum tercio.
Signum eſt dileccionis dei quando principem
ac prelatum bonum populo concedit. Unde dix
it ſaba regina ſalomoni quia dilexit te deus iſra
hel ideo poſuit te regem ſuper eum ut facias iu
dicium et iuſticiam tercio. Regum decimo et ſe=
cundo. Paralipomenon nono.
Quam diu vixit ioiada ſummus pontifex io=
as rex iuda bonus fuit ſed ipſo mortuo ad mul=
ta mala ſe conuertit quarto. Regum xij.
Joſaphat rex iuda conſtituit iudices ſuper po=
pulum et diligenter eos inſtruxit ſecundo. Para
lipomenon decimo nono.
Bonus dux fuit machabeus et fratres eius
poſt eum. Mach per totum librum.
Cauſa pacis et boni ſtatus ciuitatis dicitur fu=
iſſe prudencia et pietas.
Onie ſacerdotis et bonitas ſubditorum ſecundo.
Machabeorum ſecundo.
Saluator noſter bonus paſtor animam ſuam
pro nobis poſuit. Johannis decimo.
Petrus paſtor eccleſie videns iudeos male de
diſcipulis ſencientes confidenter eos excuſauit
et iudeos ſuperauit. Actuum ſecundo.
Bonus prelatus debet eſſe ſapiens et diſcre
tus. Sap. ſexto.
Diligite lumen ſapiencie qui preeſtis popu=
lo aliter enim non poteſt mundum ab inmundo
ſpiritu diſcernere nec populum ſibi conmiſſum
fideliter regere aut iuſte iudicare.
Bonus prelatus debet inter ſubditos offi=
cia diſponere ſicut fecit moyſes qui de conſilio
iehtro ſoceri ſui conſtituit

in populo decuriones quinquenarios et deca=
nos. Exodi decimo octauo.
Itē debet pusillanimos et timidos animare si=
cut fecit moyses populo pauescenti dicit no=
lite timere. Exodi xiiij.
Item debet oppressos defendere sicut onias q̄
restitit heliodoro valide templū dn̄i volens
spoliare sc̄do. Machabeorū tercio.
Item debet pigros excitare sicut fecit iacob
filios suos audiens q᷑ alimenta in egipto
venderentur dicens quare negligitis. Ge=
nesis quadragesimo secūdo.
Item indigentibꝫ ꝓposse suo necessaria mini=
strare sicut fecit heliseus qñ panes distribuit
inter filios prophetarum quarto. Regum
quarto.
Itē debet superbos refrenare et increpare ut
fecit moyses dicens multum erigimini filij le=
ui. Numeri decimo sexto.
Samuel etiam dixit saul quare non audisti
vocē domini primo. Regum xv.
Item debet distantes visitare et p̄cipue ad eū
ire non valentes sicut fecit samuel circuendo
et iudicando primo. Regū septimo.
Item debet delinquentes punire sicut fecit mo
yses qñ vitulum aureum adorauerunt. Ex=
odi tricesimo sc̄do.
Item debet contumaces et pestiferos de gre=
ge expellare et extirpare sicut fecit moyses de
chore et illis qui eis adheserunt. Nūi xvj.
Item debet ꝓ omnibꝫ assidue orare sicut fecit
moyses et samuel ⁊c̄. De platis malis.

Recepit dominus moysi dicens. Nu=
meri vicesimo quinto.
Tolle omnes principes ppl̄i et suspende eos cō=
tra solem q᷑ mali erāt dixit moyses ad aaron
qñ fecit ppl̄o vitulū quid tibi fecit popul⁹ hic
vt induceres sup eum peccatū hoc maximū
Quam multū peccat plat⁹ in subditos q̄ndo
eorū p̄ue ascēdit volūtati. Exodi xxxiij.
Totum pondus plij versū est in saul et occi=
sus est primo. Regum xxxj.
Malus fuit et deo non placuit roboam q᷑ po=
pulum nimis grauare voluit magnam eius
partē pdidit iij. Regum xij.
Ipse q̄ȝ ieroboam ppl̄m p dola fecit adorare ter=
cio. Regum duodecimo.
Rex syrie p̄cepit principibus et curribus suis
dicens non pugnabitis contra maiorem et
minorē quempiā ꝗ contra regē isrł solum qui
fuit achab neq̄ssim⁹ licꝫ habitum mutasset ta=
men occisus est iij. Regum xxij.
Manasses rex seduxit iudam et habitatores
iherusalem ut facerent malū sc̄do. Parali=
pomenon tricesimo tercio.
De nabuchdonosor dr̄. Ysaie xiiij.
In terra tua disperdisti ppl̄m et occidisti.
Sedechias dixit principibꝫ ieremiam occidi
petentibus ecce in manibꝫ vestris est. Jeremie
tricesimo octauo.
De malis principibus et platis dicitur. E=
zech tricesimo quarto.
De pastoribus israhel qui pascebant semet
ipsos. Et nota ibidem mlt̄a consequent̄ ma=
li fuerunt p̄sbri qui susannam ad mortē con=
dempnabant. Danielis xiij.
Rex demetrius constituit alchimie proditorē
et impium in sacerdocio et mandauit vt in fi=
lios israhel faceret ulcionem p̄mo. Mach vij
Bachides elegit viros impios et constituit
eos dn̄os regionis et expugnabat amicos
iude primo. Machabeorū nono.
Proprietatem malorū p̄latorū tangit domin⁹
Mathei vicesimo tercio.
Sup cathedram moysi sederunt scribe et pha
risei ⁊c̄ dicunt et nō faciūt ⁊ seq̄tur Clauditis
regnū celorū ante homines et vos non intra
bitis. Item iohannis decimo Mercenarius
et q̄ nō ea pastor videt lupum venientē dimit=
tit oues et fugit. Pylat⁹ sciēs q᷑ iudei cristum
p inuidiam sibi tradidissent tñ ꝓpter fauorē
ppl̄i tradidit eū voluntati eorū. Mathei xxvij
Principes sacerdotum et qui cū illis erant ie=
cerunt manus in apostolos et posuerunt eos
in publica custodia. Actuū quarto.
Item nota qūo p̄nceps sacerdotū paulū pcuti
fecit. Actuū xxiij. De prodicione

Saul promisit dauid se daturum filiam su=
am vt p hanc occasionem possit a phi=
listeis occidi primo. Regum xviij.

Saluauit dauid habitatores ceyle ab exer=
citu philiſtinorum et tamen voluerunt eum tra
dere ſaul ipſum perſequenti primo . Regum vice=
ſimo tercio .

Poſtquam ſaul fleuerat dolens de perſecucione da=
uid et eidem iurauit poſtea perſecutus eſt eum
ira nequiter ſicut prius primo . Regum vi=
ceſimo quarto .

Varias litteras tulit a dauid ad ioab de mor=
te propria ſecundo . Regum vndecimo .

Cum ſalutaret ioab amaſam quaſi vellet eum
oſculari percuſſit eum et effudit inteſtina eius
ſecundo . Regum viceſimo .

Zamri dux medie partis equitum occidit he
la dominum ſuum et regnauit poſt eum ſeptem
diebus tantum obſeſſus enim et circumdatus
ab hoſtibus in ciuitate ſe ipſum cum pallacio
ſuccendit tercio . Regum xvj .

Duo filij zemacherib ipſum dominum ſuum in tem
plo occiderunt necnon tamen poſt eum regnauit
quarto . Regum decimo nono .

Duo ianitores aſſueri in ipſum inſurgere vo=
lebant et eum occidere . Heſter ſecundo .

Yſmahel filius nathanie et multi alij cum eo
venerunt ad godoliam et poſt prandium ip=
ſum occiderunt . Jeremie xlj .

Anthiochus miſit tribunum in ciuitates iu=
da qui venit in iheruſalem et loquebatur il=
lis verba pacifica in dolo et ipſi crediderunt ei et
poſtea repente irruit ſuper ciuitatem et per=
cuſſit eum plaga magna primo . Machabeorum
primo .

Anthiochus qui cum non poſſet capere ciuita=
tem iheruſalem miſit ad illos qui in ea erant
pacem facere et illi receperunt eam et iurauit
eis rex ſed cito rupit iuramentum et deſtruere
fecit murum in gizo primo . Machabeorum
ſexto .

Cum ambularet tryphon cum rege anthiocho
domino ſuo adoleſcente dolo occidit eum et reg
nauit poſt eum primo . Machabeorum xiij .

Tholomeus filius abiada gener ſummi ſa=
cerdotis fecit conuiuium ſimoni et duobus fi=
lijs eius et cum inebriati eſſent occidit eos pri
mo . Machabeorum xvj .

Appollonius veniens in iheruſalem pacem
ſimulans quieuit vſque ad diem ſabbati tunc iu=
deis feriantibus ingentem multitudinem po=
nit ſecundo . Machabeorum quinto .

Judas machabeus illos qui pecuniam accepe
rant et inimicos ſuos abire permiſerant tan=
quam proditores occidit et confeſtim turres
occupauit ſecundo . Machabeorum decimo .

De prodicione iude quomodo ipſum tradidit
Mathei viceſimo ſexto .

Item quomodo paulus fuit traditus . Actuum
viceſimo tercio .

De prudencia dei

Fratres ioſeph ipſum extinguere crediderunt
ſed tamen deus aliter ordinauit . Gene
ſis triceſimo ſeptimo .

Laban mercedem iacob frequenter mutauit
vt lucrum ei ſubtraheret ſed tamen dei proui=
dencia aliter diſpoſuit . Geneſis triceſimo .

Poſtquam percuſſerat moyſes egipcium et per
hoc corripiendo hebreum offenderet eum et
fugeret de egipto multis annis quaſi nunquam
reuerſus de prouidencia dei tamen remiſſus et
eduxit filios iſrahel . Exodi ſecundo .

Quamuis deus multociens promitteret filijs
iſrahel introducere in terram melle et lacte ma=
nantem duo tamen tantum ex illis qui exierunt de
egipto ſcilicet ioſue et caleph terram illam in
greſſi ſunt reliqui vero non ſed paruuli tantum
Numeri decimo quarto .

Filios iſrahel deus ſua prouidencia quadra=
ginta annis parauit in deſerto et eorum veſti=
menta a conſumpcione ſeruauit . Deutrono=
mij viceſimo nono .

Sampſon de ſterili matre angelo nunciante
natus eſt et poſt multa mirabilia ruina domus
oppreſſus . Iudicum decimo ſexto .

Filij iſrahel contra fratres ſuos filios benia=
min de conſilio et voluntate domini prelian=
tes bis debellati ſunt ſed illos poſtea penitus de=
leuerunt . Iudicum viceſimo .

Deus archam ab infidelibus capi promiſit et
per eam multa miracula fecit et cum reducere=
tur ſeptuaginta magnos viros percuſſit et a=
lios multos ſcilicet quinquaginta

milia de plebe qui eam viderunt primo. Regum ſexto.
David minimus erat inter fratres ſuos et quaſi nullius reputacionis q̄ tamen deus de ſui p̄uidencia in regem exaltauit primo. Regum decimo ſexto.
Salomoni dedit deus ſapientiam diuicias p̄ſperitatem et pacem ita q̄ non erat ſathan neq̄ occurſus malus in regno ſuo et tamē in fine pmiſit ipſum infatuari et peccata cōmittere ꝓpter qd inimicos et adūſarios ſibi ſuſcitauit tercio. Regum xi.
Precepto dñi ieroboam ſup decem tribus p̄fectus eſt q̄ rā populum ad ydolatriam malicioſe induxit tercio. Regum xii.
Duos principes quiquagenarios dominus ad oracōnem helie igne cōſumpſit iiii. Regū primo.
Rex iſrahel manaſſes multa facinora ꝑpetrauit et poſtea cathenis vinctus ductus eſt in babilonem et ibi penitēciā egit et exauditus eſt et reductus ii. Paralip. xxx iii.
Joſias rex iuda cū ſanctiſſimā vitā duxiſſet tandem prexit vt dimicaret contra nechao regem egipti dicentem ſibi deſine aduerſus deum facere qui mecū eſt ne interficiat te non acquieuit ioſias et ideo male ſucceſſit ei ſecūdo. Paralipominon tricesimo quinto.
Precepit dñs ione ut predicaret adhuc q̄dragīta dies et niniue ſubuertetur licet tamen ſciret eos penitentiam acturos. Jone iii
Deus redemptorē noſtrā in filio ſuo mirabiliter prouidit ut patet in euangelio.
Petrus xp̄m ter negauit. Mathei xxv.
Thomas de reſurrectione domini dubitauit Johannis viceſimo.
Sed prouidit deus q̄ petrus ex hoc mitior fuit erga peccatores. Thomas exemplū fidei ad futuros fideles apoſtoli qui a iudeis fuerūt incarcerati diuina prouidencia ſunt educti. Actuum quinto.
Facta eſt diſſenſio inter paulum et barnabam de iohanne marco ita q̄ ab inuicem diſcedebant ſed hoc ex diuina prouidencia ē factū et hodie ꝓpter hoc ut verbum dei pluribꝫ nunciaretur. Actuum decimo quinto.

Proſperitas et De pſperitate mūdana habundancia rerum temporalium frequēter occaſio eſt multorū peccatorū patet in ſodomitis qui habitabant in regione q̄ irrigabatur ſicut paradiſus dñi. Geneſis xix.
Gedeon cū eſſet angelus domini cū eo et ī area frumentum excuteret fuit bonus et cum angelus dñi viſitabit poſtus victoriā male ſe habuit Judicum octauo.
Saul antequā rex eſſet humilis et bonus fuit ſed poſtq̄ regni gubernacula ſuſcepit murmurit et mandatū domini preteriuit i. Regū xv.
Poſt multas guerras et victorias de inimicis obtentas remanſit dauid quietus in iheruſalem et tunc adulteriū cōmiſit et homicidium ſecundo. Regum vndecimo.
Occaſione multitudinis ſubditorū fecit dauid populū numerare q̄ peccatū dñs grauiter puniuit ſcdo. Regum viceſimo quarto.
Salomoni plus nocuit rerū habundancia q̄ profuit ſua ſapiencia q̄ de rebus temporalibus aras ydolorū concubinis ſuis conſtruxit tercio Regum vndecimo.
Amaſias iuda debellauit edom et inde eleuatum eſt cor eius et voluit contra ioas regem iſrahel bellare et male ſucceſſit ei iiii. Regū decimo quarto.
Cum roboratū fuiſſet regnum roboam et confortatū dereliquit legem dñi et omīs iſrahel cum eo ſecūdo. Paralipominon xii.
Comederunt et ſaturati ſunt et impinguati ſūt et habundauerunt deliciis et ſequitur te aūt magis ad iracūdiam ꝓuocauerūt. Neemie ix.
Mundana pſperitas amicos mltiplicat quos aduerſitas fugat vnde q̄ diu iob plagatus fuit venerunt ad eum amici ſui ꝫ nichil ei dederūt ſed hauteroſe conſolabantur poſtq̄ aūt dominus omnia que fuerunt rc.
Job addidit duplicia venerūt ad eū omīs fratres ſui et cūcti q̄ nouerūt eū cōſolati ſūt eū et portauerūt ei munera. Job xlii.
Thobias cecitate ſanatus venerūt cōſobrini eius et conſolabantur eum. Thobie xi.
Et non leguntur feciſſe quando pauper erat et

vxoꝛ eius op⁹ textrinum exercebat. Thobie ſecundo.

Aman diues inuidebat mardocheo nichil reputans ſe habere quam diu illū vidit impota regis manere. Heſter quinto.

Adoleſcens ille qui poſtq̄ queſiuit a domino quomodo poſſet vitam eternam habere poſtquam autem criſtus dedit ei conſilium perfectionis vt venderet omnia ⁊ c̄ abijt triſtis habens multas poſſeſſiones. Mathei xix et. Luce decimo octauo.

Nota de diuite epulante. Luce xvj.

Emptores ville et bouū et qui uxorem duxit ad cenam domini venire non poterant. Luce decimo quarto.

Videns iheſus ciuitatem iheruſalem pace et quiete fruentem et venturas ſibi miſeras ignorantem fleuit dicens.

Si cognouiſſes et tu ſuple fleres. Luce decimo nono.

De prudentia et diſcretione humana

Abraham intrans egiptum prudenter celauit ſaram eſſe uxorem ſuam. Geneſis duodecimo.

Item prudenter celauit ſe a loth nepote ſuo ne paſtores ad inuicem litigarent. Geneſis decimo tercio.

Item diſcrete ante mortem diuiſit filijs ſuis portiones ſuas ne poſtea ad inuicem concertarent. Geneſis viceſimo primo.

Rebecca prudenter ordinauit q̄ iacob pr̄is benedictionem obtineret et poſtea eum recedere fecit donec quieſceret furor fratris ſui. Geneſis viceſimo ſeptimo.

Prudenter egit iacob quando ſeruiuit laban vt mercedem dignam pro ſeruicio reciperet. Geneſis triceſimo primo.

Item quando debuit fratri obuiare irato munera promiſit ut eum placaret et res ſuas et familiam dimiſit ne irruēte frē totum ſimul perderet. Geneſis xxxij.

Prudenter ſe habuit ioſeph in domo pharaonis ſompnia exponendo et famem predicendo et omnia diſcrete ordinando. Geneſis q̄dragesimo primo.

Moyſes anteq̄ terram promiſſionis intraret prudenter miſit exploratores ut ei⁹ conſiderarent conditiones. Numeri xiij.

Exploratores ioſue prudenter latebant donec querentes eos ad ꝓpria rediſſent. Ioſue ij.

Phynees et alij nuncij miſſi ad filios ruben diſcrete locuti ſunt et illi eos verbis prudentiſſimis placuerūt. Ioſue viceſimo ij

Magna prudentia vſus eſt ioſue ponendo inſidias iuxta ciuitatem hay et fugam poſtea ſectando. Ioſue octauo.

Prudenter fecerunt pacem gabaonite cum ioſue et ille eos diſcrete in ſeruitutem redegit. Ioſue nono.

Filij iſrahel pugnantes contra filios beniami fugam arte ſimulauerunt et ſic eos a ciuitate extractos penitus debellarunt. Iudicum viceſimo.

Dauid in omnibus factis ſuis prudenter agebat primo. Regum xviij.

Ipſe enim coram achis quaſi fatuū ſe ſimulauit et quaſi furentem ut ſic ab eo fugere poſſet primo. Regum viceſimo primo.

Abigail prudenter dauid placuit iratū cōtra viꝝ ſuū nabal p̄mo. Regū xxv.

Nathan propheta prudenter a parabola ipm dauid corripere cepit et arguere ſecundo. Regum duodecimo.

Prudenter egit ioab ad hoc q̄ per mulierem thecuitem faceret abſolon reuocari ſecundo. Regum decimo quarto.

Audiens berſabee q̄ adonias regnare vellet prudenter locuta eſt ad dauid pro ſe et filio ſalomone tercio. Regum primo.

Salomon prudenter inter duas mulieres iudicauit tercio. Regum tercio.

Studioſe fecit iheu fingens ſe in prophetis baal ipſum baal adorare et poſtea ipſos occidit et altare baal deſtruxit quarto. Regum decimo.

Prudenter prohibuit ezechias rex iuda ne populus nuncijs Regis aſſiriorum blaſphemantibus reſponderent non enim expedit populum reſpōdere aut cōtra infideles diſputare quarto. Regum decimo octauo.

Ezechias intelligens regem aſſyriorum

contra irl'm ventuꝝ prudenter capita fontiū extra ciuitatem obdurauit muros reparauit et bellatores optimis ſermonibus cōfortauit et poſtea ad adorandum dominum ſe conuertit ij. Paralipomenon xxxij

Neemias cum magna ſolitudine et prudencia muros iheruſalem edificauit Neemie ſcdo.

Prudenter egit judith ad liberacionem populi ſui iudith viij

Prudenter egerunt mordocheus et heſter ꝑ liberatione iudeoꝝ Heſter quarto

Daniel duos preſbiteros contra ſuſannam venientes conuicit. Danielis xiij

Item viſiones nabuchodonoſor prudenter expoſuit Danielis ij et iiij

Judas machabeus prudenter ſe ſubtraxit qn̄ nichanor eū dolo capere voluit primo Machabeorum vij

Conſtituta fuit dies in qua iudas cum nichanore loquebatur. Ipſe autem iudas. Precepit armatos eſſe in locis oportunis ſi forte aliquid mali operaretur ſecundo machabeorū decimo quarto

Cum iuſſiſſet tribunus paulū cedi flagellis reſpondit paulus prudenter centurioni ſibi aſtanti ſi licet vobis hominem romanum indempnem flagellare et diſcedebant qui eum torturi erant Actuum viceſimo ſecundo

Cum vellet paulus agrecia in ſiriam nauigare vt intelligeret ſibi iudeis paratas inſidias prudenter declinauit et venit per macedoniam Actuū xx

Item nota de eius prudencia. Actuū viceſimo tercio. Cum ſciret q iudei iurauerant cibum ſe non guſtaturos donec eum occiderent ipſe fecit hoc prudenter tribuno nunciari q̄ cū de nocte ad felicē preſidem cū armatis trāſmiſit et plura alia

Nota ibidē. Cū feſtus preſes vellet paulū econtra in iheruſalem reducere ſciens paulus eoꝝ maliciā diſcrete et prudenter ad ceſarē appellauit Actuū xxv

De pueris bone indolis.

Ysaac nec contra dixiſſe nec murmuraſſe legitur quando pater voluit eū ymolare Geneſis xxij

Joſeph fratres ſuos apud patrē ſuū de crimine peſſimo accuſauit per qd̄ patet q mūdus erat et peccatū eoꝝ deteſtabatur patri vero volenti eū ad fratres mittere ait p̄ſto ſū Geneſis xxxvij

Samuel puer bonꝰ miniſtrabat in conſpectu dei j Regū iij

Dauid puer pius et humilis erat quando in regem vnctꝰ eſt j Regū xvj

Joas filius ioram regis iuda puer ſeptem annoꝝ qn̄ regnare cepit fecit q bonum erat cunctis diebus ioiade ſacerdotis quarto Regū xij

Poſt mortē autem ioiade conuertit ſe ad malum octo annoꝝ erat ioſias cū regnare cepiſſ fecitq qd̄ placitū erat corā domino quarto Regū xxij

Thobias cū eſſet iunior oībꝰ in tribu neptalim nichil tn̄ pueile geſſit ī ope Thobie p̄mo

Preterea cū filium genuiſſet eū timere deum docuit ab infancia ab omi peccato. Tho. iiij

Daniel et ſocij eius ſine magiſtro et doctore legem dei ſeruantes ſobrie pie et iuſte inē prauas gentiles vixerunt. Daniel' primo

Septem filij mris ad mirabilis ſapienciam in reſponſionibꝰ mūdiciā in moribꝰ paciēciā in aduſitatibus habuerūt ij. Machabe. vij

Johannes baptiſta puer creſcebat et confortabatur ſpiritu ſancto et ſancte et mūde ſemp vixit Luce ſcdo

Puer ihs humilis et ſapiens ſubditus parentibus erat Luce ſcdo.

De puſillanimitate.

Cum angeli dixiſſet ad loth in mōte ſaluū te fac non poſſū inquit ille in monte me ſaluare ne forte apprehendat me malum. Geneſis xix

Et tunc peius accidit ſibi videntes filij iſrahel egipcios poſt ſe venientes timuerunt valde licet deus eis prius multa bona oſtēdiſſet Exodi xiiij

Item timuerunt dominū loquentem moyſi et
dixerunt non loquatur nobis deus ne forte
moriamur Exodi xxx
Reuelatione facta de condictionibus terre pro
miſſionis q habebat cultores fortiſſimos et
vrbes graues atq muratas dixerunt vtinā
mortui eſſemus in egipto Numeri decimo ter=
cio et decimo quarto.
Et dixerunt nunq terruerūt nos. deutro. pmo
Poſtq archam tulerat de anathemate iericho
fugauerunt filij hay filios iſrahel et corruerūt
ex eis multi pertimuitq cor populi et ad in=
ſtar aque lique factum eſt ioſue ſeptimo
Habaonite audientes que fecerat ioſue ieri=
cho et hay timuerunt et fecerunt pactum ſe=
cundum voluntatem eius ioſue nono
Cum haberet gedeon in exercitu ſuo trigin=
ta duo milia hominum clamatū eſt quid for=
midoloſus aut timidus eſt reuertatur et reū=
ſi ſunt viginti duo milia hominum judicum
ſeptimo.
Saul et omnes de iſrahel audientes ſermo=
nes philiſtei metuebant nimis primo Regū
decimo ſeptimo.
Veniens ſaul in gelboe et videns caſtra phi
liſtei timuit et expauit cor eius primo Regum
viceſimo octauo.
Cū audiſſet exercitus aſſiriorum holofernem
eſſe decollatum fugit mens ab eis et conſilium
et ſolo tremore et metu agitati fuge preſidiū
ſumunt judicū decimo quinto
Petrus ſuper mare ambulans vidit ventū
validū et timuit licet dn̄m preſentem habuit
Mathei decimo quarto
Videntes diſcipuli dominū capi omnes fugi=
erunt petrus a longe ſequebatur Mathei vi=
ceſimo ſexto.
Per qđ patet qđ omnes puſillanimes et timi=
di fuerunt Arguebat dn̄s puſillanimitatem
diſcipulorum qui eo preſente commotionem
maris timebāt dicens Quid timidi eſtis mo=
dice fidei Mathei octauo.
Nimis puſillanimis fuit. Petrus qn̄ ad vocē
ancille dn̄m negauit Math viceſimo ſexto.

Sabbati obſuacō de ſabbati obſuātia

ex hoc originē habuit q dn̄s die ſeptimo be=
nedixit et i ipo ab omi opere ceſſauit Gene=
ſis ſecundo.
Sexta die filij iſrahel manna duplicij quāti=
tate colligebant vt die ſabbati ocio vacarēt
Exodi xvi.
Die ſabbati duo agni et due decime ſile oleo
conſperſe offerebantur alijs dieb tantū vnꝰ
niſi in ſolemnitatibus et Kalendis ad deſig=
nandum q in ſabbato habundancius deum
laudare debemus Numeri xxviij
Homo qui in ſabbato ligna colligit a toto
ppo fuit lapidatꝰ numeri xv
Videns neemias homies torcularia calcantes
et onera portantes et venalia ementes ob=
iurgauit eos tamquā diem ſabbati pphanā
tes Neemie xiij
Gentiles ex parte ipiꝰ anthiochi prelia conſti
tuerunt in die ſabbato et aduerſus mathati=
am et quē fugauerunt de iudea at illi non mi
ſerunt lapidē contra eos ſed dixerunt omes
moriamur in ſimplicitate noſtra Machabe=
orum ſecundo.
Poſtea vero ſaniori conſilio dixerunt omis
homo quicunq venerit ad nos die ſabbati
pugnemus contra eum non enim videtur eē
opus ſeruile pro ſalute et vita et lege dei pu
gnare cū inimicis vbi ſupra
Judas machabeus et ſocij eius pugnantes
contra nichanorem inter inter fecerunt de ex
ercitu eius nouē milia hominū ceteros autē
fugientes non inſequebantur eo q ante ſab
batum erat ſecundo. Machabeorum octa=
uo.
Nichanor cogitauit cū omi impetu die ſaba
ti bellū committere ſed iudei qui neceſſitate eū
inſequebantur dixerunt ei ne ita ferociter ac
barbare feceritis ſed honorē tribue dei ſancti
ficacōi ij Macha. xv
Saluator noſter multa miracula legitur in
ſabbato feciſſe Cuius cauſa triplex eſt vna
vt ſe dn̄m oſtenderet Math xij
Dominus eſt enī filius hominis eciā ſabbati
Alia vt verā intelligenciam illiꝰ precepti da
ret q ſcilicet non eſt ab omi ope ſimpliciter

ceſſandũ Mathei xij quia licet in ſabatis infir=
mis benefacere
Tercia ut plures homines audiẽtes eũ et vidẽ
tes edificarẽtur Luce xiij
De muliere curua quam coram turba ſana=
uit.
Sabbatum eſt conueniens ad audiendam
legẽ dei et doctrinã ſanctorũ vñ Actuũ x octauo
Voces ꝓphetarũ que per omne ſabbatum legũt
Prima de ſeductione et aſtucia
Prima ſeductio p ſerpentẽ qui dyabolus eſt fac=
ta ẽ Geneſis tercio
Multociens voluit laban iacob decipe ſcilicet
in vxore et mercede ſed dñs aliter diſpoſuit.
Geñ tricesimo et vicesimo nono
Rachel patrem ydola querentem pulchre deluſit
Geneſis tricesimo primo
Filij iacob ſcientes obſtuptũ dine ſororis e=
orũ taliter ſuaſerũt vt ſichem qui eam oppreſ=
ſerat et ciuitas cũ eo ꝑſcinderentur quo facto ir
ruerunt ſuper eos et occiderunt eos. Gene=
ſis tricesimo quarto.
Filij iacob ipm patrem deceperunt cũ tunica io
ſeph in ſanguine tincta Geneſis tricesimo vij
ei monſtrabant.
Gabaonite calide fecerunt pactum cum ioſue
vingentes ſe de longinquo veniſſe ioſue no=
no.
Cauebant philiſtinni ne faber ferrarius in ve
niretur in omi terra iſrahel ne forte hebrei fa=
cerent gladiũ et lanceam primo. Regum de=
cimo tercio
Saul promiſit filiã ſuam calide dauid ut pu=
nans cum philiſteis interiret primo. Regum
decimo octauo.
Amon ſe calide languidũ ſimulauit et ſic ſororẽ
ſuam oppreſſit ſecundo. Regum decimo tercio
Abſolon caute amon ad conuiuium inuitauit
et ibidẽ occidi fecit ſecũdo Regũ decimo tercio
Ambiens abſolon regnũ patris cepit caute po
pulo adulari et pris facta vituperare et ſe be=
ne iudicaturum iſrahel iactare ſecundo. Re=
gum decimo quinto
Dixit ierobeam in corde ſuo nunc reuertetur
regnum ad domum dauid ſi aſcenderit popu
lus ut faciat ſacrificium in domo domini. Et
ideo fecit eis vitulum ad adorandũ tercio.
Regum duodecimo
Caute tollerauit verba ſua eſi dicens ad Na
aman in nomine heliſei modo venerũt ad me
duo de filijs ꝓphetarũ quarto Regum quinto
Iezabel magna eſt aſtucia vſa ut naboth
falſo teſtimonio occideretur ut vineam eius
achab congregaret tercio Regũ vicesimo.j.
Athalia mater ochozie regis iuda ipa mor
tuo occidit omne ſemen regiũ et ſic regna=
uit ſex annis quarto. Regũ xj
Aman caute et malicioſe mortẽ iudeorũ a=
pud regem aſſuerum procurauit. Heſter
tercio
Satrape regni perſarũ ꝓcurauerunt ut da=
rius rex decretũ ſtatueret contra quod crede=
bant danielem omnino facere ut ſic eum poſ
ſent occidere Dañ vj
Duo ſenes magna cautela vſi ſũt contra ſu=
ſannã danielis xiij
Iaſon miſit menelaũ p tãtã pecuniam an=
thiocho regi qui inſemetipm tetorſit ſũmũ
ſacerdocium ſecundo Machabeorum quarto
Herodes caute magos vocauit et dixit cũ in
veneritis puerum renunciate michi Mathei
ſecũdo.
Phariſei volentes ihesum capere in ſermo=
ne miſerunt ad eum diſcipulos ſuos cum he=
rodianis dicentes magiſter ſcimus quia ve=
rax es. Mathei xxij
Videntes iudei quod verbum dei per paulum
et barnabam diſſeminabatur concitauerunt
religioſas mulieres et primos ciuitatis an=
thiochie et excitauerunt perſecucionem in e=
os et eiecerunt eos de finibus ſuis Actuum
decimo tercio.
Item cogitauerunt petere a tribuno ut pau=
lum in medio produceret quaſi aliquit abe=
ocercius cognituri et ſic eum interficere poſ=
ſent ad quod vota ſe obligauerant Actuum
vicesimo tercio. De ſeueritate
Grauiter puniuit deus peccatum primo=
rum parentum. Geneſis ter=
cio.

Item poſtea fere omnes in diluuio deleuit Geneſis ſeptimo.
Item quinqz ciuitates ꝓpter peccatum contra naturā cōſumpſit Geñ xix.
Propt̄ vitulū quē adorauerūt filij iſrahel ceciderunt die vna xxiij milia hominum Exodi triceſimo ſcd̄o.
Ligna colligens in ſabbato fuit lapidatus Numeri xv
Itē nota ibidē de ignitis ſerpentib⁹ nui viceſimo pmo.
Pro peccato in vxorē leuite commiſſo tota tribus beniamin fere deleta eſt iudicū viceſimo
Helij cū filijs quos ſup peccata leuiter corripuit grauit̄ punit⁹ ē pmo Regū qrto.
Saul ſup peccata ſua grauit̄ punit⁹ eſt et domus eius poſt mortem ipſius ſecundo. Regum ſecundo.
Oza q̄a tetigit archam quā non debuit a dn̄o percuſſus interijt ſcd̄o Regū vj
Septuaginta milia homīnū a dn̄o occiſi ſunt propter elacionē dauid qn̄ fecit populū numerare ſcd̄o Regū xxiiij
Quadraginta pui ab vrſis ſūt lacerati qꝛ heliſeū deriſerūt iiij Regū ij
Grauiter punit⁹ fuit jezi q̄a munera anamam fraudulenter accepit quarto Regū ij
Ozyas rex iuda quia voluit in cenſū cū turibulo adolere qd̄ ad eū nō ptinebat ſtatim lepra pcuſſus ē ij palipo. xxvj
Populū iſrl̄ ꝓpt̄ peccata ſua tradidit eos dn̄s i man⁹ dn̄s nabuchodonoſor qꝛ totā gentem crudeliter captiuauit templū deſtruxit captiuos cōbuſſit iiij Regū xxiiij
Anthiochus rex fuit tam grauiter pcuſſus vt vermes de ſuo corpe ſcaturirēt ſcd̄o Machabeoꝝ nono.
De ſeruo nequā Nota Math xviij
De ſeruo inutili Math xxij.
Fraus ananie de precio agri et in vxore ſua ſaphira grauiter punita eſt actuū v.
Herodes veſte regali veſtitus ſedens ꝓ tribunali voces populo dei et non hominū accumulante percuſſit eū angel⁹ dn̄i eo ꝙ non dediſſet honorē deo et a vermib⁹ cōſūptus expirauit Actuū vndecimo

De ſilentio et taciturnitate

Poſt quā dn̄s locutus fuerat ad moyſen impedicioris lingue fuit Exodi ſexto.
Ex quo innuitur ꝙ viri dei qui multum cū deo loquuntur tardi eſſe debent ad multum uel ad nimiam loquelam cum alijs in diſcerendis.
Sampſon vxori pabolā male reuelauit judicū xv.
Item dalida fortitudinē ſuam reuelauit pl⁹ enim tacuiſſe ſibi pro fuiſſet judicium decimo ſexto.
Anna dn̄m corde deprecabatur labia enim eius mouebantur ꝫ vox ei⁹ penitus non audiebatur et exaudita eſt j Regū j
Samuel viſionē ſibi a deo factam helj non oſtendit quo vſqz ab illo adiurat⁹ fuit pmo Regū tercio
Cū filij belial dicerent de ſaul vnde ſaluare nos poterat ille audire diſſimilabat et michil reſpondit pmo Regū decimo.
Abigail poſtq̄ dauid contra virum ſuum nabal placauerat non in dicauit viro ſuo verbū puum aut grande uſqz ad mane dum vinum qd̄ bibiſſet digeſſiſſet primo Regum viceſimo quinto.
Thobias iniurioſis verbis uxoris nichil reſpondit thobie quinto
Cū ancilla ſare filia raguelis ſibi verba amara et i ꝓperatoria dixit ſara nichil reſpōdit ꝫ intrauit cubiculum et orauit deum ut ab illo imperio liberaret eam Thobie tercio
Diu tacuit heſter antequam peticionem ſuā regi reuelaret Heſter tercio
Vxor iob ipſo percuſſo ſtulte ſibi loq̄batur iob ſcd̄o.
Item iob magis de loquela quam de aliquo alio ſe ipſum reprehendit dicens triceſimo nono.
Qui leuiter locutus ſum reſpondere q̄d poſſum vnum locutus ſum qd̄ vtinam non dixiſſem et ꝙ dicitur ꝙ non peccauit labijs ſuis ne quid ſtultum quid contra deum locutus eſt.

Mandauit Ezechiel rex iuda ne ꝓplus aliq̄d rapſacen reſponderet et ſiluerūt et non reſpō detūr ei verbū yſaie xxxvi

Jeremias in vtero ſanctificatus ⁊ propheta electus ſe loqui neſcire dixit quia puer erat Jeremie primo.

Suſanna contra falſū teſtimoniū duoꝝ ſenū nichil legit̄ reſpondiſſe Dan̄ xiij

Maria mater criſti locuta eſt cū angelo et elyzabeth luce primo.

Itē cū filio et miſtris nupciaꝝ joh ij.

Alias non legitur alicui multū locuta fuiſſe

Magdalena veniens ad pedes criſti nichil legitur dixiſſe ſed lacrimis pedes rigauit luce ſeptimo.

Itē ſorori de ipſa cōq̄rēti nichil reſpōdit luce x

Itē diſcipul' in ipſaȝ fremētib' nichil reſpondit marci xiiij

Quia igit' bene ſiluit xp̄s ꝑ ea reſpondit in locis preſcriptis

Mulier in adulterio deprehenſa et coram xp̄o accuſata non reſpondit criſtus autem pro ea verbū aſſūpſit et eā miſericordie a pecato abſoluit johannis viij

Locutus' in ſinagoga paul' p̄mo ſilēciū manui dixit Actuū xiij De ſimulacōe ⁊ ypocriſi

Amon languorem diſſimilabat vt ſororē ſuam thamō opprimere poſſet ſcdo Regum xiij

Vxor geroboam mutato habitu venit ad ahiam prophetam qui videre non poterat qui dixit illi quare aliam te ſimulas tercio. Regū decimo quarto.

Heli ſimilauit dn̄m ſuum indigere duplici veſte pro duobus filijs ꝓphetaꝝ iiij. Regum v.

Appolloni' veniens iheroſolimam pacem ſimilans quieuit vſq̄ ad diem ſabbati et tunc feriatis iudeis arma capere ſuis precepit et multitudinem pemit ij Machabeoꝝ v.

Ypocritis criſtus dixit Math vicesimo tercio Ve vobis ypocrite

Phariſeis volentib' xp̄m cape i ſmōe reſpōdit q̄d me temptatis ypocrite. Math xxij

Magnam ypocriſim ananias et uxor eius ſimilauerunt p̄ciū de precio agri ad vſū ꝓpriū retinentes Actuū v. De ſocietate bona

Conſiderandū eſt valde quanti valet bona ſocietas ſi enim in quinq̄ ciuitatibus ſodomorum fuiſſent decem iuſti ꝓpter illos pepercisset deus omnibus alijs Gn̄ xviij

Dixit iacob ad laban modicum habuiſti antequā venirē ad te et nunc diues effectus es benedixitq̄ dn̄s tibi ad introitū meū Geneſis tricesimo.

Itē bn̄dixit dn̄s egipcijs ꝓpter joſeph ⁊ multiplicauit eis fructus. Geneſis quadrageſimo primo.

Omnibus diebus joſue et ſeniorum ſeruiuit iſrahel dn̄o ioſue xxiiij

Filij dan ceperunt lachis et omnes occiderunt quia cum nullo hominū habebant quicquā ſocietatis iudicū xviij

Thobias volebat om̄s timentes deum ſecū habere in conuiuio et hoc ip̄m docuit filium ſuū Thobie iiij et ij

Item diligenter ſcire volebat thobias cum quo eſſet iturus filius ſuus Tho. v.

Propter honorē ioſaphat regis iuda deum colentis heliʒeus impetrauit aquas exercitui in quo etiam duo alij reges mali fuerunt iiij Regū tercio

Audito crudeli mandato regis q̄ cuncti ſapientes babilonis occidi deberēt quia ſompnium eius exponere neſcirent daniel et ſocij eius petebant miſericordiā dn̄i et illa nocte reuelata eſt viſio danieli cuius occaſione omnes alij ſaluati ſunt Dan̄ ij

Nota de bona ſocietate ſeptē fratrum cum matre eoꝝ ij Machabeoꝝ. vij.

Vouit iudas machabe' ad capiendam ſicopolim ciuitatem ſed quia ipſi ſicopolicani iudeis qui ibi habitabant benigni nichil eis mali faciebat pmo gracias agens hortatus eſt eos erga genus ſuum eſſe benignos. ij. Machabeoꝝ xij

Quā diu petrus erat cū diſcipulis firm' fuit et ſecur' ſed quādo erat in atrio ſūmi ſacerdotis dn̄m negauit Math xxvj

Cū eēnt diſcipli ſil' i orōe ſp̄m ſcm̄ acceperūt Actuū ſcdo

De fidelibus qui erant in eccleſia dei Actuū ij
Omnes qui credebant erant pariter et habebāt
oīa cōmunia et ſequit᷑ ſumebāt cibū cū exul=
tatione et ſimplicitate cordis laudātes deū et
habentes gratiā ad oēm plebē.
Poſt conuerſionē pauli paul᷒ veniebat ihe=
roſolimā volebat ſe iungere diſcipl'is & ipī ti
mebāt cū nō credentes q eſſet diſcipul᷒ barna
bas aūt duxit eū ad diſcipulos Actuū ix
Homies q̄ erant in naui cū paulo tpe grauiſſi
me tempeſtatis et piculi ipſius occaſione ſal=
uati ſūt Actuū xxvij De ſocietate mala.
Societas malorū multū nocet Unde abra
hā quā diu erat inter caldeos non legitur a=
dño viſitatus & poſtquā egreſſus eſt dñs plu=
ries ei apparuit Geñ xxj
Fugiente iacob malū frēm dñs eū multiplicat
confortauit Geñ xxviij.
Ipe aūt rediens noluit cū frē malo ambula=
re licet muneribus placaſſet eū Geñ xxxiij
Dixit moyſes ad filios iſrahel recedite a ta=
bernaculis hominū impiorū et nolite tangere
q̄ ad eos ptinent ne inuoluami in peccatis e=
orū numeri xvj.
Dixit dñs moyſi pcipe filijs iſrahel intrantes
terram chanaan diſpdite cunctos habitato=
res eius Si aūt nolueritis erūt vobis quaſi
claui in oculis et quaſi lancee in lateribus nu=
meri xxxiij.
Propter quoſdā filios belial qui vxorē leui=
te oppreſſerant oēs filij beniamin fere truci=
dati ſunt judicū viceſimo.
Noluerunt filij iſrahel habitatores terre dele
re ſicut precepit dñs & pcuſſerūt fed᷒ cū eis ide
o male ſucceſſit eis judicū ij.
Amicicia quā habuit amon cū ionadab dedit
ei viā opprimendi ſororem ſuā ſecundo Re=
gum xiij.
Abſolon malos habuit ſocios ad expugnan
dū prēm de regno ij Regū xv
Rex iude ioſaphat fuit fere occaſus vadens
cū iniquo rege achab iij Regū xxij
Et poſt reprehenſus fuit p pphām dicentem
impio prebens auxilium et hijs qui oderunt
deū amicicia iūgeris et idcirco irā dei mereba=
ris ij paralipomenō xix.
Elyezer ppha dixit ioſaphat regi iuda quia
habuiſti fed᷒ cū ochozia percuſſit dñs opa
tua ij paralipomenon xx.
Filijs iuda templū edificantibus hoſtes eorū
volebant cū eis in fraude edificare & illi vſi
bono conſilio renuerūt Eſdre tercio.
Cū irent oēs ad vitulos aureos thobias fu
giebat cōſorcia oīm Thobie pmo.
Item noli cū peccatoribus māducare tho. iiij
Item dicebat vxor junioris thobie.
Nunquā cū ludentibus me miſcui neq cum
hijs qui in leuitate ambulant pticipem me p̄
bui Thobie tercio.
Job de ſeipo dixit frē fui draconum et ſocius
ſtrutionū job xxx
Yſaias dixit vir pollutus labijs ego ſum
et cauſam ſubdit quia ego in medio populi
polluta labia habentis ego habito yſaie
ſexto.
Dictū eſt ezechieli et increduli et ſubuerſo=
res ſunt et cum ſcorpionibus habitas.
Cum iudas machabeus conſtituit cū romanis
amiciciā et ſocietatem cito ſuperat᷒ ē qui pri᷒
alios ſupabat Machabeorū ix
Petrus exiſtens cū miniſtris ſūmi ſacerdotis
xp̄m negauit Math xxvj
Plures mali frequēter conueniunt vt bonis
inferant nocumenta joſue decimo.
Ubi adoniſedech rex ihrlm cū alijs quatuor
regibus conuenerūt contra gabaonitas qz
fecerunt pacem cū ioſue.
Item iabin rex aſor et alij reges conuenerūt
cōtra ioſue et filios iſrahel joſue xj.
Item quinq ſatrape philiſtinorū cananei ſy
donij judicum tercio
Item madian et amalech et cetere nationes
orientaliū judicū vj
Pilatus et herodes amici facti ſunt in paſſi=
one dñi luce xxiij
Paul᷒ philipenſes cōmendat dicens in me=
dio nationis peruerſe et praue inter quos lu
cetis ſicut lucerna et luminaria in mundo
Philipenſes ſcdo.
Petrus quibuſdā iudeis verbū dei audien=

tibus Actuū ſcdo.
Dixit ſaluamini a generatione praua iſta
Mali contra apoſtolos ſepe conuenerūt roma-
nos ſcōs vt patz ī vita eoꝝ de btō ſtephano
Actuū vij de paulo et barnaba De ſtrage
Strages hominum terribilis fuit qn̄ tpe
diluuij omēs preter octo perierunt Ge-
neſis ſeptimo.
Quanti homines in egipto et in mari rubro
perierunt Exodi xij et xiiij p totum
De ſexcentis milibus pugnatoꝝ nullus in-
trauit terrā pmiſſionis niſi duo ioſue et Ca-
leph ſed omnes in deſerto varijs modis in-
terierunt deutronomij primo et Numeri ſe-
cundo.
Magnā cedem fecerunt filij iſrahel expte-
pto moyſi de madianitis qd̄ ex hoc apparet qꝛ
ipſi triginta duo milia virginū in predam ce-
perunt omnes alios viros et mulieres occi-
derunt Numeri xxxj
Propter vxorē leuite occiſi ſunt xxv milia et
centū viri bellatoꝝ pter mulieres et paruu-
los iudicū xx
In diebus helj qn̄ capta fuit archa domini ce
ciderunt de iſrahel triginta milia hominū pri
mo Regū quarto
Item per omnes libros regum.
Abia rex iuda et exercitus eius vulnerauit v-
na die de exercitu jeroboa quīquagīta milia
viroꝝ ij paralipomenō xiij
Aza rex iuda habuit in exercitu ſuo quingē-
ta octuagīnta milia.
Ethiopes aūt fuerunt decies centena milia et
ruerunt ethiopes uſqꝫ ad internetionem ſecūdo
paralipomenon decimo quarto
Rex iſrahel occidit de iuda centū vigīnti mi-
lia virorum bellatorū die vna eo qꝛ dereliqſ-
ſent dn̄m ij paralipomenō viceſimo octauo
Occaſione ſuperbi amon qui ppter ſoliū mā
docheū volebat omnes iudeos iugulare oc-
ciderunt iudei in regno aſſueri ſeptuagīnta
quinqꝫ milia hominum quos inimicos ſuos
putabant heſter ix
Jonathas miſit demetrio apud anthiochiā
tria milia virorum in auxilium contra illos
de ciuitate qui volebant demetrium occidere
et occiſi ſunt de ipis anthiochenis vno die vi
gīnticentummilia viroꝝ primo Machabe-
orum vndecimo.
Tanta cedes hominū fuit in iheruſalem qn̄
cepit eā anthiochus qꝛ ibi fuerunt octo-
gīntamilia hominū interfecti xl milia vincti
non minus autē venūdati ij. Macha. quito
Aduerſus galathas in babilonia ſex milia
hominū tm̄ pemerūt centū xx milia hominū
propter auxilium eis de celo datum ſecundo
Machabeoꝝ viij.
Judas machabeus legitur multos habuiſſe
conflictus vt patet in libro Mach. p totū
Vnde occidit noue milia q̄ erant cū timotheo
re ſecundo Machabeoꝝ viij
Viginta milia in duobus municionibus ij.
Machabeoꝝ decimo
Vigīnti quinqꝫ milia cum thymotheo.
Audiens De ſtrenuitate
abraham captum loth nepotem ſuum
aſſumptis vernaculis et alijs ſocijs ir
ruit nocte ſuper quatuor reges qui ceperāt
illū et percuſſit hoſtibus reduxit loth cū tota
ſubſtancia Geneſis xiiij
Poſtquam iacob cū angelo luctabatur dixit
ei angelus ſi contra deū fortis fuiſtis quan-
to magis contra homines preualebis Gene
ſis triceſimo ſecundo.
Caleph et ioſue viriliter populū confortaue-
runt dicentes aſcendamus et poſſideamus t-
ram quō poterimus obtinere eam numeri xij
Et iterū ne timeatis populū t̄re quia ſicut pa
nem poſſumus eos deuorare numeri xiiij
Phynes cū xij milibus hoīm pugnatorum
madianitas debellauit ita qd̄ xxxj milia v-
ginū ī predā duxit numeri triceſimo pmo
Joſue pergens ad bellū contra hay erat in
fronte exercitus ſui vallatus auxilio pug-
natoꝝ ioſue octauo
Captis quique regibus dixit ioſue ad prin-
cipes exercitus qui cū eo erant ite ponite pe-
des veſtros ſup colla regū iſtoꝝ nolite ti-
mere nec paueatis ioſue decimo
Dixit caleph ad joſue octuagitaqnqꝫ ānoꝝ

ſum hodie ſic valens ut eo valebã tpe qñ ad
explorandũ miſſus ſum illius in me tempoĩs
fortitudo in me perſeuerat joſue decimo quar-
to.

Aoch iudex et princeps exercitus iſrahel in
fronte gradiens dixit ſequimini me tradidit e-
nĩ dñs inimicos veſtros in manus veſtras ju
dicum tercio.

Ex pcepto dñi dixit gedeon exercitui ſuo qui
ſecũ erant qui formidoloſus aut timidus eſt re
uertatur judicũ vij.

De fortitudine ꝛ ſtrenuitate ſampſonis nota
judicum xiiij et xv.

Dauid in puericia ſua leonẽ atqz vrſam et go
liã fortr̃ occidit pmo Regũ decimo

Item cũ vno milite venit in caſtra ſaul et intra
uit tentoriũ eius et tulit haſtã et cyphum eius
primo. Regũ viceſimo vj.

Deſiderante dauid aqua de cyſterna bethleẽ
tres milites irruperant caſtra philiſtinoꝝ at-
tuleruntqz ſibi aqᵃ ij Regũ viceſimo tercio

Strenue fecit iheſu perciciens duos reges
et fratres ochozie et filios achab et pphetas
baal in multitudine in numeroſa quarto Re-
gum decimo.

Joiada ſtrenue eripuit regnum iuda de ma-
nu athalie et ioas puerum de ſemine dauid
regẽ coronauit quarto Regũ vndecimo

Filij trãſmigrationis edificãtes murum iheru-
ſalem vna manu facientes opus et altera gla
dium tenebant Neemie quarto.

Mirã ſtrenuitatẽ et fortitudinẽ habuit iudith
q̃ holofernẽ occidit judith xiij.

Mirã ſtrenuitatẽ habuerũt mathatias et filij
eius qui totiens pualuerũt contra regẽ an-
thiochũ primo Machabeoꝝ ij.

Eleazar audacter occurrit ad elephãtẽ et ſup-
ponens ſe occidit eũ j Macha. vj.

Dixit eleazar tortoribus fortr̃ vitã excedẽ-
do ſenectute dignus apparebo adoleſcentib9
aut exemplũ forte relinquã ſcdo Machabe-
orum ſexto.

Machabeus et qui cũ illo erant ibant pmpti
ad bellum contra lyſiã habentes auxilium de
celo et proſtrauerunt de hoſtibus xj milia pe-
ditũ et equitũ mille ſexcentos ſcdo Macha-
beoꝝ xj. De ſupbia

Eua pter appetitũ excellẽtie dicente dya
bulo eritis ſicut dy de ligno vetito com
medit Geneſis iij.

Et ideo ad ſubiectionem eſt deducta

Superbia volentiũ turrẽ edificare vſqz ad
celũ per confuſionem linguaꝝ humiliata et
deſtructa eſt Geñ xj.

